

neationem redirent humores, in ijs locis commorari, quibus muriarum & falis eiusmodi fiunt decoctiones, consultissimū erit.

De sale sicco. CAP. XI.

SILICORVM salium sunt variæ species, uti communium cibariorū, gemmeorum, lapideorum, terrenorum, & per connos congelatorū, quorum omnium communem notato virtutem. Quodlibet istorum admixtū sulphuri ac vulnerib. applicatum, cū in emplastri modum, tum in lotionē, illa tuetur à vermibus, quos etiā iam antea innatos pellit, ut non nascantur amplius. Etenim sola mundatione media, natura per se nullo alio interueniente medicamento sanat vulnera, nisi venenata complexio quæpiam sit obstaculo quo minùs liberè naturale balsamum operari queat. In eiusmodi salibus etiam vlcerum cura non exigua consistit, scabierū omnium ac similiarum, si resoluantur in balneis; muriæ vires tamē longè sunt potentiores, quæ salib. etiā in ipsa dissolutis ad augeri possunt ad externa multa vitia curandū, alopeciā, & id genus alia, maximè si salia

hæc